159

Feria quinta ipso die Festi Sanctae Dorotheae virginis et martyris Anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo

6/II 1670

G. Lesniowska Testamentum roborat

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] 32
Premisliensibus Generosa Zophia de Zabawy primarum olim Generosi Joan
nis Olbrechowski, secundarum vero Nuptiarum Generosi olim Valenti
ni Lesniowski Consors relicta Vidua, sana mente et corpore Existens
a Terrenis Districtibus Juribus Jurisdictionibus quae suis quibusvis
priis et Comparens recedens, praesenti vero Castren[sis] Capitan[ealis]
Jurisdictioni, quoad Actum praesentem attinet, se cum successoribus debo
nis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac
subijciendo palam libere publice ac per expressum recogno
vit. Quia Ipsa testamentum ultimae Voluntatis suae decreta
et data illius in Villa Lapszowa die quarta Februarij anno praesenti
confectum et conscriptum, manu sua Recognoscentis et Certorum Amico
rum subscriptum, in omnibus et singulis praedicti Testamenti
ultimae Voluntatis Conditionibus punctis Clausulis articulis li
gamentis vinculo, ac Nexibus generaliter universis roborat confirmat
et ratificat, inscribendo et obligando Successores suos Recognoscentis
in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis
pecuniarijs habitis et habendis, quo ad contenta et legata eiusdem
Testamenti, sui Recognoscentis ultimae Voluntatis. Eiusdem Testa-
mentum in omnibus illius Conditionibus punctis punctis clau
sulis. articulis Ligamentis ac Nexibus beneficijs generaliter
universis ubi et opportet post mortem et decessum suum Recogn

Recognoscere tenes quoties opus fuerit firmiter teneant Comple
ant et Exequant, Eidem Testamento, tam in toto quam in parte
toties quoties opus fuerit satisfaciant, et hoc idem Testamen
tum, ad Actas Inscriptionem roboratoriam, et Inscriptionem suam
roboratoriam ad praefatum Testamentum Vicissim in toto re
ferendo. Atque sub vadio summae Mille florenorum polon. per suc
cessores suos in Casu Contraventionis Contentorum eiusdem
Testamenti Personis et Legatarys eiusdem Testamenti Jus et In
teresse ad hoc idem Testamentum habentibus aut eorum successoribus
ad solvendum succumbent. Pro quo quidem vadio modo prae
misso ad solvendum succubuit, ac pro re aliqua principali
ex Contentis eiusdem Testamenti non Completa Complenda
Coram Excellentiam Memorati successores sui Recognoscere, aut Exe
cutores Testamenti eiusdem Ad Instantiam Personarum et Le
gatariorum Jus et Interesse aliquod, ad idem Testamen
tum habentem iuxta Competens Interesse, et sortem Causarum
illorum faut saucionam ipsi, ad officium praesens Castrense Ca
pitaneale Premisliense. Ex tunc recessu suprascripto quoad respon
dendum spectat mediante semper in primo Castrensi Termi
no tanquam peremptorio stare Juri parere respondere
vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere
ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos
successores ad eadem omnia Inscribunt et obligant praesentibus, illud
Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde
consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios, vera
infirmitate pro racione Minorennitate Sauciorum Legatione
intra vel extra Regnum Servitio Militari ad munimenta
ad Exercitum vel alys quibusvis dilationibus et Legalibus
impedimentis non differendo ad quietationem Ultra pro
ximos Terminos officy praesentis Castrensis Premisliensis delationem
sibi non reservando, nullosque motiones appellationes ac
certam prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praesentibus
simpliciter vel Triplicatis Evasionibus suspensionibus
... ... forma.

Felix Cieslinc.